



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

21. Iesvs Angeli monitu revocantur ab exilio.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

bus ejus, à himatu & infrà, secundum tempus, quod exquisierat à Magis. *Matth. 2. Vers. 16.*

III. Tunc ad implerum est, quod dictum est per Ieremiam Prophetam, dicentem: Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus. Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. *Matth. 2. V. 17. & 18.*

MEDITATIO XXI.

IESVS Angeli monitu revocatur ab exilio.

I. **D**efuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Ægypto, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem ejus, & vade in terram Israël: defuncti sunt enim, qui quærebant animam pueri. *Matth. 2. V. 19. & 20.*

II. Qui consurgens, accepit puerum & matrem ejus, & venit in terram Israël. Audiens autem, quod Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. *Matth. 2. V. 21. 22.*

III. Et veniens habitavit in civitate, quæ vocatur Nazareth: ut adimpleretur, quod dictum

dictum est per Prophetas: Quoniam Nazareus vocabitur. *Matth. 2. v. 23.*

I V. Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapientiâ: & gratia Dei erat in illo. *Luc. 2. v. 40.*

MEDITATIO XXII.

*IESVS duodennis inscijs parentibus,
manet Hierosolyma.*

I. **I**bant I. parentes ejus per omnes annos in Ierusalem, in die solemni Paschæ. *Luc. 2. v. 41.*

II. Et cum factus 2. esset annorum duodecim, ascendit illis Ierosolymam secundum consuetudinem diei festi: consummatisq; diebus, cum redirent, remansit puer IESVS in Ierusalem: & non cognoverunt parentes ejus. *Luc. 2. v. 42. 43.*

III. Existimantes 3. autem, illum esse in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inveniētes, regressi sunt in Ierusalem, requirentes eum. *Luc. 2.*

v. 44. & 45.